



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 78. Protestantium Anglorum machinationes contra Aboracensis Ducis
matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

testantes cum Catholicis connubia ini- Sæc. XVII.
rent, ut scilicet Regis Fratrem Ebora- A.C. 1673.
censem Ducem præpedirent, ne Oeni-
pontanam Archiducissam, aut aliam
quamcunque Principem religione Ca-
tholicam sibi matrimonio jungeret.

*Tantum secta recens potuit suadere
malorum.*

Præterea Protestantes, ne Hibernis
pepercisse viderentur, a Rege postula-
runt, ut Richardum Talbotum, quia
Catholicorum Hibernorum negotia pro-
curabat, omni dignitate exueret. Ve-
rum Rex die octava Aprilis Senatum
ingressus, pro solis Presbyterianis pe-
titam conscientiarum libertatem confir-
mare distulit, indicto primum ad tri-
gesimam Octobris diem Parlamento.

§. LXXVIII.

*Protestantium Anglorum machinatio-
nes contra Eboracenſis Ducis
matrimonium.*

Quantumvis Eboracenſis Dux Angliæ
Regis Frater non ita pridem Ca- Theatr. Eu-
tholicam religionem amplexatus esset, rop. tom. I.
Calvinianam tamen impietatem tanto- Amelot
pere exhorrebat, ut potius Architalassi Mem. t. 2.
munere ultro se abdicare, quam sacrilego p. 419.
juramento conscientiam suam contami- Calmet hist.
nare vellet. Hoc ejus exemplum pariter Univ. t. 17.
I. 156. §. 24.

Belli

Sæc. XVII. Belliducum Catholicorum potissimum
 A. C. 1673. quebantur. Nondum tamen ultronea
 hac abdicatione fatis litatum erat Pro-
 testantium furor; postquam enim com-
 pertum habebant, quod Eboracenfis
 Dux, cum Claudia Felicitas Ferdinandi
 Caroli Oenipontani Archiducis Filia
 Leopoldo Cæfari in feſto S. Therese
 nupsifſet, Mariam Eleonoram Eſtenſem
Alphonsi IV. Mutinenſis Ducis filiam
 religione Catholicam, & natione Ita-
 lam in thori æque ac maximarum ca-
 lamitatum conſortem ducere velle,
 tum vero Protestantes nil eorum, que
 fanaticus ſuæ ſectæ zelus excogitare
 poterat, inauſum intactumque reli-
 quere, ut Ducis matrimonium cum
 Catholica præpedirent. Igitur die no-
 na Septembris importunius a Rege pe-
 tebant, ut Fratris ſui Ducis matrimo-
 nium cum hac Principe Catholica di-
 ſolveret, idem quoque die decima ſexta
 ejusdem Mensis in Senatu poſtulabant
 palam ſignificantes, ſe nulli Regis po-
 titio assensuros, niſi prius hoc matri-
 monium irritum declarafſet, & Prote-
 ſtantes adverſus Catholicos, eorumque
 Protectores (*) præſtitifſet ſecuros

Obſtu-

(*) Indicabant Franciæ Regem, quocum
 Angliæ Regem, Ducemque Eboracenfem am-
 citi

Obstupuit Rex ad hujus postulati ini- Sæc. XVII.
 quitatem; hucusque enim vix nun- A. C. 1673.
 quam auditum erat, quod Princeps ██████████
 Anglii solii hæres conjugem pro suo
 arbitrio ducendi facultate privaretur,
 & individuam vitæ suæ sociam eligendi
 libertatem Parlamenti sui beneplacito
 relinquere cogeretur, imo etiam a Re-
 gni successione excludi, ac inhabilis
 declarari jure posset, eo duntaxat no-
 mine, quod tam ipse, quam ejus con-
 jux religionem a secta ibidem domi-
 nante diversam profiterentur: Verum
 ea tum erat temporis iniquitas, mo-
 rumque perversitas, ut potissimi etiam
 sacratissima naturæ jura fanatico suæ
 sectæ zelo immolare haud dubitarent:
 id jam præfigiebat Sponsæ Mater, quæ
 cuidam de ejus Filia Principi apprime
 Catholico nuptui data gratulanti respon-
 dit, *id ipsum in caussa erit, quod Filia*
mea Angliæ solium non sit consensura.
 Interim Rex die nona Novembbris ad
 Parlamenti Curiam responsum suum
 scripto transmisit, hujus ferme teno-
 ris: „Ex meo consensu & auctoritate
„Du-

citia junctos noverant, Ludovicum vero Re-
 gem tanquam Parlamentariæ auctoritatis de-
 structorem, & Papistini, seu (uti convitian-
 tur) Idololatriæ validissimum Protectorem
 aduersabantur.

Sæc. XVII. „Ducis matrimonium jamjam per Pe-
 A.C. 1673. „terborogium Comitem juxta solem-
 nates inter Principes consuetas con-
 clusum, confirmatumque est: necno
 „bis hoc matrimonium esse potest mo-
 „lestum; nunquam enim quicquam op-
 „posuistis, et si de hisce nuptiis publice
 „per plures menses actum fuisset. „Hoc
 responso irritati Senatores, altera die
 decreverunt, nulla pecuniarum subdi-
 dia Regi esse solvenda, nec ullam open
 eidem ferendam, donec Regnum con-
 tra Papistarum & Catholicorum Con-
 sultorum molimina tutum reddidisset,
 omnibusque Protestantium querelis sa-
 tisfecisset. Postea Prædicantes per
 universum Regnum solemnem jejuni-
 diem indixere, ut populo Regnum in
 maximo discrimine versari persuade-
 rent: nec his contenti, biduo post un-
 omnes Regem accessere, eidem exponen-
 tes. I. Quod hoc matrimonium tu-
 multus, & suspiciones moveret, & que-
 rendique ansas præberet, ipsumque
 Regem ad foedera Calvinianæ religio-
 noxia compelleret. II. Experiencia
 teste Papistæ ejusmodi matrimonii
 novos animos induerent, proin Sacre-
 dotibus Catholicis & Jesuitis Regis
 subditos seducendi occasio præberet.
 III. Animadversum effet, quod Catho-
 licorum factio per gratiosas Regis leges

dejecta, nunc ad novas spes erigeretur. Sæc. XVII.
IV. Timendum foret, ne ejusmodi nuptiis subditorum affectus erga Dūcem solio proximum haud parum imminueretur. V. Per integrum ferme sæculum Anglia continuis anxietatum procellis jactaretur, ne Papismus incrementa caperet, & Protestantium religio discrimini exponeretur. VI. Cum Mutinetisis Principissa Romæ plures sibi sanguine junctos haberet, facile Romanī sua consilia exequendi media hujus matrimonii ope consequi, ac in ipsa Regis secretiora consilia penetrare possent. VII. Pluribus exemplis comprobatum esset, quod ejusmodi conjugia per Procuratores inita fuerint dissoluta, proin Senatores impense Regem efflagitarent, ut ipsemet, utpote prole orbatus, præpedire vellet, ne hoc matrimonium proprio Ducis consensu firmaretur.

Verum Rex ad hasce querelas usque ad Senatum Mense Januario habendum respondere distulit. Ceterum Eboracensi Duci Sponsa, quæ die undecima Novembris Lutetiam Parisiorum ingressa erat, die undecima Decembris per Oxoniensem Episcopum in Dubriensi Urbe Sponso suo conjuncta, inde Londinum a Rege deducta est, applaudente ipso summo Pontifice, qui

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

Uu ab

Sæc. XVII. ab initio quidem rursus Principem Ca-
A.C. 1673. tholicam diris Protestantum vexatio-
nibus exponi dolebat, omnem tamen
benedictionem eidem impertiebatur,
dum a Galliarum Oratore percepit,
Franciæ & Angliæ Reges cavisse, ut
præfata Princeps libero suæ Religio-
nis exercitio frui, ejusque proles in
orthodoxa fide educari possent.

§. LXXIX.

*Franciæ Regis Legatio ad Clemen-
tem X. Papam.*

Theatr. Eu- Postquam Ludovicus XIV. Franci-
rop. tom. II. Rex compertum habebat, quod no-
Hist. Cron. modo Cæsar, sed & Hispaniæ Rex
cont. l. 9. pluresque Catholici Principes arma-
p. 176. in Gallos pararent, Lusitanos & He-
vetios in belli societatem pertrahere
aliorumque Principum animos sibi co-
ciliare nitebatur: Ea ex causa præ-
mis Massiliensem Archiepiscopum Re-
mam ablegabat, qui obtenta aliquo
copia nomine Regis sui exponeret
quod quidem Ludovicus pro hæreti-
corum extirpatione Regnum suum di-
crimini, immensisque sumptibus expre-
fuisset, ægerrime tamen ferret, quod
ipsimet fidei hostes a Cæsare, His-
piiarum Rege, aliisque Principibus Ca-
tholicis protegerentur: Hos ergo, Sanc-